

porro fiunt percepturitiones §. 46. adpetitiones & averſationes ſenſitivæ §. 48. itidem involuntariæ, quarumque rationem adpetibilitatis enunciare nequeas §. 49.

Temperamenti *bonitas & malitas* unde æſtimanda? §. 50. Temperamentum eſt vel *moraliter* vel *Theologicè* bonum & malum §. 51. 52. Concupiſcentia, affectus e corpore orientes complectens conſiſtit in Temperamento ſpiritualiter malo & hereditario §. 53. Ex hoc Temp. explicantur effectus Concupiſcentiæ §. 53. locutiones ſcripturæ §. 54. item ratio, cur in regenitis reliquiæ inveteratæ luctam carnis & ſpiritus excitent? §. 55.

Temperamentum ſpiritualiter bonum fuit pars imaginis divinæ §. 56. Ergo etiam in Adamo fuit, & ex ipſo in Evam eſt propagatum, & in omnes poſteros propagari debuiſſet §. 57. 58. Adamus ex primo peccato ſibi contraxit T. ſpiritualiter malum §. 59. hocque fuit propagabile §. 60. Imo actu ad poſteros venit §. 61. Systema noſtrum ſanctitati divinæ nihil detrahit §. 62.

### Cap. III. Polemicum, exhibens Vindicias, prærogativas & commoda noſtri Systematis &c.

*Systema noſtrum* non pugnat cum quiete Dei Gen. II, 2. neque cum perfectione Univerſi, miraculorum multitudinem exola §. 63. adſtruitur novo argumento ex conceptione Chriſti §. 64. Quod ad propagationem P. O. adinet, Præexiſtentiani eadem, qua nos, ſed adparente difficultate premuntur §. 65. Traduciani ſunt Materialiſmo